

IACOBI CUIACII,
IURISCONSULTI PRAE-
CLARISSIMI, REGII
CONSILIARI,

Recitationes Solemnes,

IN QUARTVM, QVINTVM, SEXTVM,
Septimum, Octauum, & Nonum libros
Codicis,

OPVS VT PRAECLARVM AC IURIDICAE
REIPVBL. VTILISSIMVM, ITA ET BONO AN-
ecessorum iuris ac studiosorum, nunc primum
iure publico donatum.

Cum Indice rerum & verborum satis locupleti,
Nec non Gratia & Privilegio Sacr. Caesar. Maiest. decennali.



FRANCOFVRTI
Ex Officina Palcheniana Sumtibus Haeredum
Petri Fischeri.

M. D. XCVII.

CLARISSIMO ET EMINENTISSIMO
 GERMANIÆ IURIS CONSULTO, DOMINO
 HERMANNO VULTEIO ILLUSTRIS, ET POTENTIS-
 simo. Hassiæ Principum Consiliario, summi Dicasterii, quod
 est Marpurgi, Assessori dignissimo, & in celeberrima
 ibidem Academia Antecessori primario, Domi-
 no & amico suo peramanter colendo.

S. P.



ANNO applausu Vultei clarissime, antistes iuris eminentissime, tripartitum præclarissimi
 Gallie Iuriconsulti Iacobi Cuiacii operum posthumorum partem cum a cupida legum iu-
 uentute tum a consultissimis & in supremo iurisprudentiæ fastigio constitutis viris excipi,
 video, vt mihi non tam de operis magnitudine, bonitate, & excellentia gratuler, quam de
 illis quæ excudenda superiunt, sollicitus sim. Tanta enim magni illius & summi ingenii viri scripto-
 rum copia offertur, vt nisi ab illis qui ex ore eius has cum ante editis exceperunt recitationes, accepis-
 sem, nunquam publici iuris vt herent a meis passus essem. Et eorum quidem in præfatione ad Pan-
 dectas Cuiacii satis honorifica a me mentio facta est. Idque propterea, ne quis, quæ prælo perfecta
 luci deo ex iis quæ Cuiacium parentem agnoscunt operibus posthumis, certam incerti patris sobolem
 esse dicere ausit. Solent enim semper reperiri Zoilli qui & fortunæ & famæ hominum inuideant. Ho-
 rum tamen conuitia, vt apud bonos & sinceri iudicii viros non magni sunt, ita a me semper insu-
 per habita sunt. Dedit itaque luci publicæ, illorum calumnias nihil viturus, prima vice Papinianum,
 inde Paulum, deinde Pandectarum titulos diuersos. Tandem nunc profero Codicem, in quo nihil nisi reco-
 gnitionem parentis desidero. Videtur is ea magis indigere quam superiora omnia. Ego vt temere ni-
 hil mutò, nec, licet animus mutandi esset, id præstare nequeo, ita intacta hic reliqui omnia. Commit-
 to enim ea cuiusque peritioris & perspicacioris iudicio & censure, meo officio me probe defunctum
 existimans, si qualia acceperim, talia tabernis libratim reddam & exhibeam. Placuit autem nominis
 tui amplitudini hunc librum duabus de causis inscribere. Vna est patrociniæ, altera gratitudinis.
 Nouerunt enim mecum omnes boni, te eum esse, qui non solum hoc quaecumque opus a calumniis
 vindicare, quamuis hoc ipse sua eximia doctrina & rara prædicatione præset posteris Cuiacius, sed et al-
 tera editione, quæ ubi res exiget non nisi tuo consilio & suasa a me suscipietur, acerrima correctionis
 lima adhibita ita adornare possis, vt omnibus numeris absolutus & perfectus publici iuris fiat omnis
 posthumus Cuiacii partus. Tum satis prædicare non possim, quanta benevolentia, quanto favore,
 quantaue humanitate, ab Illustrissimo Principe & Domino Dn. Mauritio Hassiæ Landgrauiò &c.
 Domino meo clementissimo, Cassellis (quo ab Illustriss. eius Celsitud. propter rem typographicam ad-
 ornandam clementissime vocatus eram) me reuertum, vna cum Clariss. nostri seculi Philosopho Du-
 rod. Goelenio intime mihi familiari hac æstate exceperis & complexus fueris, adeo vt omnes hu mani-
 tatis tuæ ac benevolentis scaturigines aperire & in me derivare velle videreris, quippe qui dudum in
 votis habuisses, vt aliqua tibi notitia & familiaritas mecum intercederet, & nunc tibi de amicis in-
 ter nos contracta gratulareris. Ab eo tempore hoc vnicum curæ mihi fuit, quo prælo apud te *disces-*
sus crimen effugerem. Succurrebat ex meo ingenio partum nihil. Aliena erant iumenda: sed tametsi
 ita aliena vt me publicationis auctorem & parentem vnicum agnoscant itaque omnino mea. Hæc
 tibi non nisi summa cum *iuuolæ* gratitudinisque studio, mi Vultei, offero, obnixè petens, vt eo, quo a
 me proficiscitur, animo, hanc submissam nominis tui inscriptionem ad te diuerti patiaris, quo si quã-
 do in Iuriconsultorum voluminibus diuulgandis tuo consilio indigebo, huic nostræ inscriptioni lo-
 cum a te relictum fuisse sentiam. Vale vir clarissimè cuiusque tuo favore prolequere. Datum vaptim in-
 ter *Imp. Rom. Chalcographicos* pridie Natiuitatis Mariæ. 6. Septemb. Anno *1596.*

Excellent. T.

Studioff.

M. Zacharias Pulcherrimus Typo-
 graphus Francofurtensis.

*



IACOBI CUIACII

IURISCONSULTI CELEBERRIMI

IN LIBRI III. CODICIS TIT. I

De reb. credit. & Iureiurand.

Recitationes solennes,

SEU

Commentarii.

Ad L. I. & II.

L. 1. Causa iurando ex consensu utriusque partis vel adversario inferente, delato & praestito, vel remisso decisa, nec periurii pretextu retractari potest, nisi specialiter hoc lege excipiat. P. P. 13. Kalen. Iul. Antonino A IIII. & Balbino Conf. 223.

L. 2. Iurisiurandi contempta religio satis Deum vitorem habet. Periculum autem corporis, vel maiestatis crimen secundum constituta ditorum parentum meorum, & si per principis venerationem quodam calore fuerit petratum, inferri non placet. P. P. 6. Kal. Aprilis Maximo. II. & Eliano Conf. 214.



Mnes eius tituli leges pertinent ad Iurandum, nullæ ad res creditas; quæ res, quis sit error, id expediatur facile. In edicto perpetuo v. nus fuit titulus de rebus creditis & iureiur. sub quo specialiter prætor edixit de actione si certum petatur, quæ datur ex variis contractibus &

A de commodo & de pignore non nihil. *l. 1. de reb. credit. & de speciali conditione & iureiurand. Atque ita a Paulo 1. sent. tit. 1. proponitur titulus de rebus creditis & iureiurando. Sic & a Iustiniano hoc titulo. Sed Iustinianus posteriorem partem tituli explicat primo loco, priorem referuat in alium locum. Idem non est ordo in Pandectis. Videtur Iustinianus ordinis titulorum parum fuisse sollicitus, ideo & hoc nos supra modum curare non debemus. Rursus quæres de quo genere iurisiurandi tractet; an de legitimo? Non legitimi sunt varia genera, quæ non referam. Id quale quale sit, semper est necessarium & voluntario adversum. *Liuius libr. 22. de sacram. milit.* An hic titulus est de iureiurando iudiciali? quod a litis æstimandæ gratia datur, *videtur a Græcis dicitur.* Non. De hoc est titulus de in litem iurando. An est de voluntario iureiurando, quo obligationes constringuntur, quo quis deiecit militiam, forum, aut iudicem? ne de hoc quidem. An vero est de eo, quo quis obtestatur heredem suum, ut det vel faciat aliquid. Sic: Per Deum rogo te, ut Titio des 100. *l. cum pater. ff. de legat. 1. l. 2. j. 60.**

A